CHR. ecce, manus mea. dūc.
(*Chrȳsalus manum suam Mnēsilochō dat et ad forēs adit*)
MNĒ. intrō īnspice.
CHR. euax! nimis bellus est locus, ita ut esse uolumus.
(*redit Pistoclērus in scaenam*)
PI. ut tu iubēs, ita ego faciō.
CHR. quae habēs?
PI. omnia habeō. stilum, cēram, tabellās, līnum ferō.
CHR. bene. nunc tū, Mnēsiloche, stilum capiēs.
MNĒ. quid posteā?
CHR. ego dīcam, tū scrībēs dicta mea. nam tē scrībere mālō, quod sīc pater tuus litterās cognōscet, ubi leget. bonō animō es! scrībe!
MNĒ. quās rēs scrībam?
CHR. ego iubēbō. scrībe 'Mnēsilochus patrem salūtat. nunc, pater, nōlō Chrȳsalum tē iterum dēcipere. nam...'
PI. manē dum scrībit. nimis celeriter dīcis, Chrȳsale.
CHR. manūs amātōrum celerēs esse dēbent.
MNĒ. celeris mea manus est, Chrȳsale.
PI. immō celerem habēbis manum, ubi pecūniam in manū tenēbis!
MNĒ. dīc.
CHR. 'nam, pater mī, Chrȳsalus astūtiās compōnit, quod tē iterum dēcipere uult. nam aurum tibi auferre uult et "hodiē" inquit "aurum senī stultō auferam."' adscrībe.
MNĒ. adscrībam. dīc modo.
CHR. 'atque "hodiē" inquit "aurum tibi dabō, Mnēsiloche, tū aurum amīcīs dare poteris." sed, pater, tē cauēre iubeō.'
(*Chrȳsalus tacet dum scrībit Mnēsilochus*)
MNĒ. dīc modo.
CHR. adscrībe etiam...
(*Chrȳsalus nīl dīcit, sed sēcum cōgitat*)
MNĒ. dīc modo, ego scrībam.
CHR. 'sed pater, nōlō tē Chrȳsalum uerberāre. tē Chrȳsalī manūs uincīre mālō, Chrȳsalum domī adseruāre.' dā tū cēram ac līnum. age, obligā, obsignā citō.
MNĒ. obligābō, obsignābō.
(*obligat et obsignat tabellās Mnēsilochus*)
MNĒ. obsecrō, cūr tū uīs mē tālīs litterās ad patrem mittere? quid cōnsilī habēs? quid ūsus erit, sī pater meus cauēbit et tē uinciet et adseruābit domī?



CHR. quia ita rem esse uolō. nōnne potes tū tē cūrāre? ego officium meum cūrābō. dā tabellās.
MNĒ. accipe.
CHR. animum aduertite, Mnēsiloche et tū, Pistoclēre. iam in biclīnio cum amīcīs uestrīs uōs accumbere uolō. nōlīte exsurgere, donec signum dabō. uōs officium cūrāte uestrum, ego meum cūrābō.
MNĒ. ō imperātōrem probum...
PI. ac seruum audācem!
CHR. iam amīcās amāre dēbētis.
MNĒ. fugimus!
(*exeunt ad biclīnium Mnēsilochus et Pistoclērus*)

## Vocabulario de la Sección 2A

*abībis* saldrás
*ac* y
*accipiō* tomo, recibo
*accumbō* me reclino, me tumbo
*adferam* llevaré (a)
*adferēs* llevarás (a)
*adscrībam* escribiré además, añadiré
*adscrībō* 3 escribo además, añado
*adseruābit* guardará
*adseruō* 1 guardo
*adiuuō* 1 ayudo
*aduertō*: véase *animum*
*agam* trataré, haré
*agēmus*: véase *gratias*
*alter* (nom.) uno (entre dos), el otro (entre dos)
*alteram* (ac.) segunda
*alterīus* de una/de otra (entre dos)
*amātor amātōr-is* 3m. amante
*amīc-a ae* 1f. amiga, amante
*amīc-us ī* 2m. amigo
*animum aduertō* 3 presto atención
*antīqu-us a um* antiguo
*astūti-a ae* 1f. astucia, (pl.) trampas
*atque* y
*audiēs* oirás
*auferam* quitaré
*auferētis* quitaréis
*Bacchis Bacchid-is* 3f. Baquis (servidora de Baco, dios del vino)
*ballist-a ae* 1f. catapulta
*bell-us a um* encantador, bello
*bene* bien
*biclīni-um ī* 2n. biclinio (lecho de comedor para dos personas)
*bis* dos veces, una segunda vez
*capiam* cogeré
*capiēs* cogerás
*cauēbit* desconfiará
*caueō* 2 desconfío
*celerem* (ac.) rápida
*celerēs* (nom.) rápidas
*celeris* (nom.) rápida
*celeriter* rápidamente
*cēr-a ae* 1f. cera
*Chrȳsal-us ī* 2m. Crísalo («dorado»)
*citō* rápidamente
*cognōscet* reconocerá